

EPISTOLA

cum Latini sermonis castimonia,
 tum verò tam graui adeoq; prudē-
 ti stylo insignis, vt haud facile dis-
 cernas vtro sit potior. Argumento
 esse poterunt, præter varia eius quæ
 extant scripta, doctissimè pruden-
 tissimeque illæ ad claros viros scri-
 ptæ literæ: illæ, inquam, iam dudum
 expectatissimæ ipsius literæ: quas
 nunc in lucem damus nunquam
 antea visas. Periculum certè fuit ne
 interciderent, vel suppressæ diu la-
 terent: verum fortè fortuna, vel po-
 tius fauentibus Musis inter varias
 rei literariæ schædas, nescio vnde
 allatas inciderunt in manus cuius-
 dam mei amici bonarum literarum
 studiosi. Is earum lectioni intētus,
 certisque coniecturis adductus, vt
 eas crederet ipsius autoris manu
 exaratas, indignū ratus, bonarum
 literarum studiosos carere tãto bo-
 no,